nam si quidem polygonum circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habet quam $A+B:A$, circulus A autem maior est polygono inscripto [p. 10, 1], multo magis polygonum circumscriptum ad A circulum minorem rationem habet quam $A+B:B$; itaque subtrahendo [per conuersionem propositionis ab Eutocio ad prop. 2 demonstratae, u. p. 13 not. 2; cfr. Eucl. V, 17] segmenta polygoni circumscripti ad circulum minorem habent rationem quam B spatium ad circulum; ergo segmenta relicta polygoni circumscripti minora erunt spatio B [Eucl. V, 10]. uel hoc modo: quoniam polygonum circumscriptum ad circulum minorem rationem habet quam circulus simul cum B spatio ad circulum, polygonum circumscriptum minus erit quam $A+B$;[2]) quare segmenta relicta omnia minora erunt spatio B.

similiter etiam in sectore ratiocinandum.

1) Demonstratio eadem est, nisi quod pro prop. 5 ea usurpanda sunt, quae initio prop. 6 dicta sunt.

2) Ex Eutocio adparet, Archimedem lin. 24—25 scripsisse: διὰ δὴ τοῦτο ἔλασσόν ἐστι τὸ περιγραφόμενον τοῦ συναμφ. ceterum Archimedes uix duas demonstrationes dederat; genuinam hanc fere fuisse puto (Quaest. Arch. p. 74): τὸ οὖν περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἢ τὸ συναμφότερον ὅ τε κύκλος καὶ τὸ B χωρίον πρὸς αὐτὸν τὸν κύκλον. διὰ δὴ τοῦτο ἔλασσόν ἐστι τὸ περιγραφόμενον τοῦ συναμφοτέρου· ὥστε καὶ τὰ περιλείμματα ἐλάσσονα ἔσται τοῦ B χωρίου.

ἴση ἐστὶ ταῖς βάσεσιν τῶν ΟΠΡ, ΘΚΛ. καί εἰσιν οἱ κῶνοι ὑπὸ τὸ αὐτὸ ὕψος· καὶ ὁ ΜΝΞ ἄρα κῶνος ἴσος ἐστὶ τοῖς ΘΚΛ, ΟΠΡ κώνοις. ἀλλ' ὁ μὲν ΜΝΞ κῶνος ἴσος ἐστὶ τῷ ΑΒΓΔ ῥόμβῳ, ὁ δὲ ΟΠΡ κῶνος τῷ ΕΒΔΖ ῥόμβῳ· λοιπὸς ἄρα ὁ κῶνος ὁ ΘΚΛ ἴσος ἐστὶ τῷ περιλείμματι τῷ λοιπῷ.

κα'.

Ἐὰν εἰς κύκλον πολύγωνον ἐγγραφῇ ἀρτιόπλευρόν τε καὶ ἰσόπλευρον, καὶ διαχθῶσιν εὐθεῖαι ἐπιζευγνύουσαι τὰς πλευρὰς τοῦ πολυγώνου, ὥστε αὐτὰς παραλλήλους εἶναι μιᾷ ὁποιᾳοῦν τῶν ὑπὸ δύο πλευρὰς ὑποτεινουσῶν, αἱ ἐπιζευγνύουσαι πᾶσαι τοῦ πολυγώνου ὑποτεινουσῶν, αἱ ἐπιζευγνύουσαι πᾶσαι πρὸς τὴν τοῦ κύκλου διάμετρον τοῦτον ἔχουσι τὸν λόγον, ὃν ἔχει ἡ ὑποτείνουσα τὰς μιᾷ ἐλάσσονας τῶν ἡμίσεων πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου.

ἔστω κύκλος ὁ ΑΒΓΔ, καὶ ἐν αὐτῷ πολύγωνον ἐγγεγράφθω τὸ ΑΕΖΒΗΘΓΜΝΔΛΚ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΕΚ, ΖΛ, ΒΔ, ΗΝ, ΘΜ· δῆλον δή, ὅτι παράλληλοί εἰσιν τῇ ὑπὸ δύο πλευρὰς τοῦ πολυγώνου ὑποτεινούσῃ· λέγω οὖν, ὅτι αἱ εἰρημέναι πᾶσαι πρὸς τὴν τοῦ κύκλου διάμετρον τὴν ΑΓ τὸν αὐτὸν λόγον ἔχουσι τῷ τῆς ΓΕ πρὸς ΕΑ.

ἐπεζεύχθωσαν γὰρ αἱ ΖΚ, ΛΒ, ΗΔ, ΘΝ· παράλληλος ἄρα ἡ μὲν ΖΚ τῇ ΕΑ, ἡ δὲ ΒΛ τῇ ΖΚ, καὶ ἔτι ἡ μὲν ΔΗ τῇ ΒΛ, ἡ δὲ ΘΝ τῇ ΔΗ, καὶ ἡ ΓΜ τῇ ΘΝ [καὶ ἐπεὶ δύο παράλληλοί εἰσιν αἱ ΕΑ, ΚΖ, καὶ δύο διηγμέναι εἰσὶν αἱ ΕΚ, ΑΟ]· ἔστιν ἄρα,

5 ΕΒΔΖ] A(C), bedz B. 6 περιλείμματι] Basil., περιλήμματι BEH, περιλιμματι DG. 7 κα'] B, κβ' A(C). 17 ΑΕΖΒΗΘΓΜΝΔΛΚ] e corr. D, ΑΕΖΒΗΘΓΜΝΔΛΚΑ ABC. 26 ΓΜ—p. 88, 14 ΘΜ] (C). 27 ΑΟ] B, e corr. G, ΑΘ A.

iam quoniam, ut supra [prop. 19 p. 82, 9], superficies coni ΑΒΓ composita est ex superficie coni ΕΒΖ et superficie inter ΕΖ, ΑΓ posita, et superficies coni ΑΒΓ aequalis est basi coni ΜΝΞ, superficies autem coni ΕΒΖ aequalis basi coni ΟΡΠ, et superficies inter ΕΖ, ΑΓ posita aequalis basi coni ΘΚΛ, basis coni ΜΝΞ aequalis est basibus conorum ΟΠΡ, ΘΚΛ. et coni eandem altitudinem habent; itaque etiam conus

$$M N \Xi = \Theta K \Lambda + O \Pi P \text{ [p. 83 not. 3].}$$

sed $MN\Xi = AB\Gamma\Delta$ [prop. 18], et $O\Pi P = EB\Delta Z$ [prop. 18]; ⟨itaque $AB\Gamma\Delta = \Theta K\Lambda + EB\Delta Z$. subtrahatur rhombus ΕΒΔΖ⟩; ergo, qui relinquitur, conus ΘΚΛ frusto relicto aequalis erit.

XXI.

Si in circulo polygonum inscribitur aequilaterum, cuius latera paria sunt numero, et ducuntur rectae angulos[1]) polygoni coniungentes, ita ut parallelae sint cuiuis rectarum sub duo latera subtendentium polygoni, omnes simul rectae coniungentes ad diametrum circuli eam habent rationem, quam habet recta subtendens sub latera polygoni uno pauciora, quam dimidius numerus eorum est, ad latus polygoni.

sit circulus ΑΒΓΔ, et in eo inscribatur polygonum ΑΕΖΒΗΘΓΜΝΔΛΚ, et ducantur rectae ΕΚ, ΖΛ, ΒΔ, ΗΝ, ΘΜ; adparet igitur, eas parallelas esse rectae sub duo latera polygoni subtendenti;[2]) iam dico, omnes simul rectas, quas commemorauimus, ad diametrum circuli rationem habere, quam ΓΕ ad ΕΑ.

ducantur enim rectae ΖΚ, ΛΒ, ΗΔ, ΘΝ; parallela igitur est ΖΚ rectae ΕΑ, ΒΛ rectae ΖΚ, et porro ΔΗ rectae

1) Archimedes pro πλευράς lin. 10 fortasse scripserat γωνίας; Quaest. Arch. p. 76.

2) Nam quia arcus ΚΛ, ΕΖ aequales sunt, erit

$$\angle EKZ = KZ\Lambda \text{ (Eucl. III, 27);}$$

itaque $EK \parallel \Lambda Z$ (Eucl. I, 28), et eodem modo in ceteris. similiter lin. 23 sqq. ratiocinandum.

ὡς ἡ ΕΞ πρὸς ΞΑ, ὁ ΚΞ πρὸς ΞΟ. ὡς δ' ἡ ΚΞ πρὸς ΞΟ, ἡ ΖΠ πρὸς ΠΟ, ὡς δὲ ἡ ΖΠ πρὸς ΠΟ, ἡ ΛΠ πρὸς ΠΡ, ὡς δὲ ἡ ΛΠ πρὸς ΠΡ, οὕτως ἡ ΒΣ πρὸς ΣΡ, καὶ ἔτι, ὡς ἡ μὲν ΒΣ πρὸς ΣΡ, ἡ ΔΣ πρὸς ΣΤ, ὡς δὲ ἡ ΔΣ πρὸς ΣΤ, ἡ ΗΥ πρὸς ΥΤ, καὶ ἔτι, ὡς ἡ μὲν ΗΥ πρὸς ΥΤ, ἡ ΝΥ πρὸς ΥΦ, ὡς δὲ ἡ ΝΥ πρὸς ΥΦ, ἡ ΘΧ πρὸς ΧΦ, καὶ ἔτι, ὡς μὲν ἡ ΘΧ πρὸς ΧΦ, ἡ ΜΧ πρὸς ΧΓ [καὶ πάντα ἄρα πρὸς πάντα ἐστίν, ὡς εἷς τῶν λόγων πρὸς ἕνα]· ὡς ἄρα ἡ ΕΞ πρὸς ΞΑ, οὕτως αἱ ΕΚ, ΖΛ, ΒΔ, ΗΝ, ΘΜ πρὸς τὴν ΑΓ διάμετρον. ὡς δὲ ἡ ΕΞ πρὸς ΞΑ, οὕτως ἡ ΓΕ πρὸς ΕΑ· ἔσται ἄρα καί, ὡς ἡ ΓΕ πρὸς ΕΑ, οὕτω πᾶσαι αἱ ΕΚ, ΖΛ, ΒΔ, ΗΝ, ΘΜ πρὸς τὴν ΑΓ διάμετρον.

κβ΄.

Ἐὰν εἰς τμῆμα κύκλου πολύγωνον ἐγγραφῇ τὰς πλευρὰς ἔχον χωρὶς τῆς βάσεως ἴσας καὶ ἀρτίους, ἀχθῶσιν δὲ εὐθεῖαι παρὰ τὴν βάσιν τοῦ τμήματος αἱ τὰς πλευρὰς ἐπιζευγνύουσαι τοῦ πολυγώνου, αἱ ἀχθεῖσαι πᾶσαι καὶ ἡ ἡμίσεια τῆς βάσεως πρὸς τὸ ὕψος τοῦ τμήματος τὸν αὐτὸν λόγον ἔχουσιν, ὃν ἡ ἀπὸ τῆς διαμέτρου τοῦ κύκλου ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου ἐπιζευγνυμένη πρὸς τὴν τοῦ πολυγώνου πλευράν.

εἰς γὰρ κύκλον τὸν ΑΒΓΔ διήχθω τις εὐθεῖα ἡ ΑΓ, καὶ ἐπὶ τῆς ΑΓ πολύγωνον ἐγγεγράφθω εἰς τὸ ΑΒΓ τμῆμα ἀρτιόπλευρόν τε καὶ ἴσας ἔχον τὰς πλευρὰς

8 ΧΓ] B, e corr. DG, ΗΓ A. 9 ὡς εἷς] ως A, εἷς corr. ex ὡς G; ut B, una proportionum in spatio angustiore ins. 12 ἡ] B, om. A. 15 κβ΄] B, Eutocius ad prop. 35, κγ΄ A(C). 17 ἔχον] C, εχων A. 20 ἡ] addidi, om. AC. 24 ΑΒΓΔ] C, ΑΒΓ AB. διήχθω—ΑΓ] AB, om. C.

$B\Delta$, ΘN rectae ΔH, ΓM rectae ΘN; est igitur [ZMP. XXIV p. 178 nr. 1]

$$E\Xi : \Xi A = K\Xi : \Xi O.$$

sed

$$K\Xi : \Xi O = Z\Pi : \Pi O \text{ [Eucl. VI, 4]}$$
$$= \Lambda\Pi : \Pi P \text{ [ib.]}$$
$$= B\Sigma : \Sigma P \text{ [ib.]},$$



porro

$$B\Sigma : \Sigma P = \Delta\Sigma : \Sigma T \text{ [ib.]}$$
$$= H\Upsilon : \Upsilon T \text{ [ib.]},$$

porro

$$H\Upsilon : \Upsilon T = N\Upsilon : \Upsilon\Phi$$
$$= \Theta X : X\Phi$$
$$= MX : X\Gamma \text{ [ib.]};$$

itaque

$$E\Xi : \Xi A = EK + Z\Lambda + B\Delta + HN + \Theta M : A\Gamma$$

[Eucl. V, 12]. sed $E\Xi : \Xi A = \Gamma E : EA$ [Eucl. VI, 4]; ergo etiam

$$\Gamma E : EA = EK + Z\Lambda + B\Delta + HN + \Theta M : A\Gamma.$$

XXII.

Si in segmento circuli polygonum inscribitur latera praeter basim aequalia et paria numero habens, et ducuntur rectae basi segmenti parallelae angulos[1]) coniungentes, omnes simul rectae ductae cum dimidia basi ad altitudinem segmenti eandem rationem habent, quam recta a diametro circuli ad latus polygoni ducta ad latus polygoni.

ducatur enim in circulo $AB\Gamma\Delta$ recta $A\Gamma$, et super $A\Gamma$ polygonum latera praeter basim $A\Gamma$ aequalia et paria numero habens in segmento $AB\Gamma$ inscribatur, et ducantur ZH,

1) U. p. 87 not. 1.

ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας πρὸς τὴν ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἐπὶ τὴν AK κάθετον ἀγομένην· τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει τὸ ὕψος τοῦ Ξ κώνου πρὸς τὸ ὕψος τοῦ O κώνου, ὃν ἡ $E\Delta$ πρὸς AK. ἔχει δὲ καὶ ἡ διάμετρος τοῦ M κύκλου πρὸς τὴν διάμετρον τοῦ N κύκλου λόγον, ὃν ἔχει ἡ $E\Delta$ πρὸς AK· τῶν ἄρα Ξ, O κώνων αἱ διάμετροι τῶν βάσεων τοῖς ὕψεσι τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον [ὅμοιοι ἄρα εἰσίν], καὶ διὰ τοῦτο τριπλασίονα λόγον ἕξει ὁ Ξ κῶνος πρὸς τὸν O κῶνον ἤπερ ἡ διάμετρος τοῦ M κύκλου πρὸς τὴν διάμετρον τοῦ N κύκλου. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ τὸ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον τριπλασίονα λόγον ἕξει ἤπερ ἡ $E\Delta$ πρὸς AK.

λγ΄.

Πάσης σφαίρας ἡ ἐπιφάνεια τετραπλασία ἐστὶ τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν αὐτῇ.

ἔστω γὰρ σφαῖρά τις, καὶ ἔστω τετραπλάσιος τοῦ μεγίστου κύκλου ὁ A· λέγω, ὅτι ὁ A ἴσος ἐστὶν τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς σφαίρας.

εἰ γὰρ μή, ἤτοι μείζων ἐστὶν ἢ ἐλάσσων. ἔστω πρότερον μείζων ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας τοῦ κύκλου. ἔστι δὴ δύο μεγέθη ἄνισα ἥ τε ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας καὶ ὁ A κύκλος· δυνατὸν ἄρα ἐστὶ λαβεῖν δύο εὐθείας ἀνίσους, ὥστε τὴν μείζονα πρὸς τὴν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἐλάσσονα τοῦ, ὃν ἔχει ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας πρὸς τὸν κύκλον. εἰλήφθωσαν αἱ B, Γ, καὶ τῶν B, Γ μέση ἀνάλογον ἔστω ἡ Δ, νοείσθω δὲ καὶ ἡ σφαῖρα

4 O] BG(C), om. A. 8 τοῦτο] scripsi, το αυτο ABC. 13 ἑξῆς ἡ καταγραφή C. 14 λγ΄] λα΄ AB(C). 17 ἔστω] BC, e corr. G, ως A. 18 ἐστίν] C, εστι A. 21 τοῦ — 22 σφαίρας] AB, om. C.

similia sunt [ex hypothesi], eandem habet rationem $E\Delta$ ad AK, quam radius sphaerae ad rectam a centro sphaerae ad AK perpendicularem ductam;[1]) eandem igitur rationem habet altitudo coni Ξ ad altitudinem coni O, quam $E\Delta$ ad AK. sed etiam diametrus circuli M ad diametrum circuli N eam habet rationem, quam $E\Delta$ ad AK [u. Eutocius]; itaque diametri basium conorum Ξ, O eandem rationem habent, quam altitudines [lemm. 5 p. 74]; quare conus Ξ ad conum O triplicem rationem habet quam diametrus circuli M ad diametrum circuli N [Eucl. XII, 12]. adparet igitur, etiam figuram circumscriptam ad figuram inscriptam triplicem rationem habituram esse quam $E\Delta$ ad AK.[2])

XXXIII.

Cuiusuis sphaerae superficies quadruplo maior est circulo in ea maximo.[3])

sit enim sphaera, et sit A circulus quadruplo maior circulo maximo; dico, circulum A aequalem esse superficiei sphaerae.

si enim aequalis non est, aut maior aut minor est. prius superficies sphaerae maior sit circulo. duae igitur magnitudines inaequales sunt, superficies sphaerae et circulus A; fieri igitur potest, ut sumantur duae rectae inaequales ita, ut maior ad minorem rationem habeat minorem quam superficies sphaerae ad circulum [prop. 2]. sumantur rectae B, Γ, et inter eas media proportionalis sit Δ, fingatur autem etiam sphaera per centrum secta per circulum $EZH\Theta$, et fingatur etiam polygonum in circulo inscriptum et aliud circumscriptum ita, ut polygonum circumscriptum inscripto simile sit, et latus polygoni circumscripti ⟨ad latus inscripti⟩[4]) minorem rationem habeat quam B ad Δ [prop. 3];

1) Quia trianguli ad centra polygonorum similium positi ipsi quoque similes sunt; tum u. Eucl. VI, 4.

2) Quia ex hypothesi coni Ξ, O figuris aequales sunt.

3) Cfr. Simplicius in Aristot. de caelo p. 549, 18 sqq., cfr. p. 550, 10; Hero, Metr. p. 2, 18; 86, 29; Pappus I p. 360.

4) Archimedes non omiserat: πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου

ἐπιπέδῳ τετμημένη διὰ τοῦ κέντρου κατὰ τὸν $EZH\Theta$ κύκλον, νοείσθω δὲ καὶ εἰς τὸν κύκλον ἐγγεγραμμένον καὶ περιγεγραμμένον πολύγωνον, ὥστε ὅμοιον εἶναι τὸ περιγεγραμμένον τῷ ἐγγεγραμμένῳ πολυγώνῳ καὶ τὴν τοῦ περιγεγραμμένου πλευρὰν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν τοῦ, ὃν ἔχει ἡ B πρὸς Δ [καὶ ὁ διπλάσιος ἄρα λόγος τοῦ διπλασίου λόγου ἐστὶν ἐλάσσων. καὶ τοῦ μὲν τῆς B πρὸς Δ διπλάσιός ἐστιν ὁ τῆς B πρὸς τὴν Γ, τῆς δὲ πλευρᾶς τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ ἐγγεγραμμένου διπλάσιος ὁ τῆς ἐπιφανείας τοῦ περιγεγραμμένου στερεοῦ πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ἐγγεγραμμένου]· ἡ ἐπιφάνεια ἄρα τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος περὶ τὴν σφαῖραν πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας πρὸς τὸν A κύκλον· ὅπερ ἄτοπον· ἡ μὲν γὰρ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας μείζων ἐστίν, ἡ δὲ ἐπιφάνεια τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος τοῦ A κύκλου ἐλάσσων ἐστί [δέδεικται γὰρ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐλάσσων τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ ἢ τετραπλασία, τοῦ δὲ μεγίστου κύκλου τετραπλάσιός ἐστιν ὁ A κύκλος]. οὐκ ἄρα ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας μείζων ἐστὶ τοῦ A κύκλου.

λέγω δή, ὅτι οὐδὲ ἐλάσσων. εἰ γὰρ δυνατόν, ἔστω· καὶ ὁμοίως εὑρήσθωσαν αἱ B, Γ εὐθεῖαι, ὥστε τὴν B πρὸς Γ ἐλάσσονα λόγον ἔχειν τοῦ, ὃν ἔχει ὁ A κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς σφαίρας, καὶ τῶν B, Γ μέση ἀνάλογον ἡ Δ, καὶ ἐγγεγράφθω καὶ περιγεγράφθω

3 καὶ περιγεγραμμένον] AB, om. C. 6 Δ] C, την Δ A. 9 τῆς δέ] ABC; adcuratius esset τοῦ δὲ τῆς.



quare[1]) superficies figurae circum sphaeram circumscriptae ad superficiem figurae inscriptae minorem rationem habet quam superficies sphaerae ad circulum Δ; quod fieri non potest; nam superficies figurae circumscriptae maior est superficie sphaerae [prop. 28 p. 108], sed superficies figurae inscriptae minor est circulo A [prop. 25].[2]) itaque superficies sphaerae circulo A maior non est.



iam dico, ne minorem quidem eam esse. si enim fieri potest, minor sit; et ut supra inueniantur rectae B, Γ ita, ut B ad Γ minorem rationem habeat quam circulus A ad super-

p. 122, 5. sed cum haec omissio etiam p. 124, 1; 126, 17 al. occurrat, satius duxi, hanc neglegentiam transscriptori tribuere quam cum Nizzio haec uerba omnibus locis addere (ad latus inscripti add. B²); cfr. tamen p. 116, 21.

1) Nam latera polygonorum quadrata et minorem habent rationem quam $B^2 : \Delta^2$, h. e. quam $B : \Gamma$ (Eucl. VI, 20 coroll. 2), et eam, quam superficies figurarum (prop. 32). sed quibus hoc continetur, uerba lin. 6—12 fortasse subditiua sunt; cfr. p. 124, 5.

2) Repetitionem inutilem prop. 25 deleo (lin. 19—22).

πάλιν, ὥστε τὴν τοῦ περιγεγραμμένου ἐλάσσονα λόγον ἔχειν τοῦ τῆς *B* πρὸς *Δ* [καὶ τὰ διπλάσια ἄρα]· ἡ ἐπιφάνεια ἄρα τοῦ περιγεγραμμένου πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ [ἡ *B* πρὸς *Γ*. ἡ δὲ *B* πρὸς *Γ* ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ] ὁ *A* κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς σφαίρας· ὅπερ ἄτοπον· ἡ μὲν γὰρ τοῦ περιγεγραμμένου ἐπιφάνεια μείζων ἐστὶ τοῦ *A* κύκλου, ἡ δὲ τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐλάσσων τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας.

οὐκ ἄρα οὐδὲ ἐλάσσων ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας τοῦ *A* κύκλου. ἐδείχθη δέ, ὅτι οὐδὲ μείζων· ἡ ἄρα ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας ἴση ἐστὶ τῷ *A* κύκλῳ, τουτέστι τῷ τετραπλασίῳ τοῦ μεγίστου κύκλου.

λδ'.

Πᾶσα σφαῖρα τετραπλασία ἐστὶ κώνου τοῦ βάσιν μὲν ἔχοντος ἴσην τῷ μεγίστῳ κύκλῳ τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας.

ἔστω γὰρ σφαῖρά τις καὶ ἐν αὐτῇ μέγιστος κύκλος ὁ *ΑΒΓΔ*. εἰ οὖν μή ἐστιν ἡ σφαῖρα τετραπλασία τοῦ εἰρημένου κώνου, ἔστω, εἰ δυνατόν, μείζων ἢ τετραπλασία· ἔστω δὲ ὁ *Ξ* κῶνος βάσιν μὲν ἔχων τετραπλασίαν τοῦ *ΑΒΓΔ* κύκλου, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας· μείζων οὖν ἐστιν ἡ σφαῖρα τοῦ *Ξ* κώνου. ἔσται δὴ δύο μεγέθη ἄνισα ἥ τε σφαῖρα καὶ ὁ κῶνος· δυνατὸν οὖν δύο εὐθείας λαβεῖν ἀνίσους, ὥστε ἔχειν τὴν μείζονα πρὸς τὴν ἐλάσσονα ἐλάσσονα λόγον τοῦ, ὃν ἔχει ἡ σφαῖρα πρὸς τὸν *Ξ* κῶνον. ἔστωσαν οὖν αἱ *K*, *H*, αἱ δὲ *I*, *Θ* εἰλημμέναι, ὥστε τῷ ἴσῳ ἀλλή-

2 τοῦ] BCG, το A. 5 ἡ *B* — 6 ἤπερ] C, om. AB. 14 λδ'] λβ' AB(C). 26 ἐλάσσονα (alt.)] (ἐλάσσο)να C, om. A (λόγον ἐλάσσονα BG).

ficiem sphaerae [prop. 2], et *Δ* media inter *B*, *Γ* proportionalis, et inscribatur et circumscribatur rursus polygonum ita, ut latus circumscripti ⟨ad latus inscripti⟩[1]) minorem rationem habeat quam *B* ad *Δ* [prop. 3]; itaque[2]) superficies figurae circumscriptae ad superficiem inscriptae minorem rationem habet quam [*B* : *Γ*. sed *B* : *Γ* minorem rationem habet quam][3]) circulus *A* ad superficiem sphaerae; quod fieri non potest; nam superficies figurae circumscriptae maior est circulo *A* [prop. 30], sed superficies inscriptae minor est superficie sphaerae [prop. 23 p. 94].

itaque ne minor quidem est superficies sphaerae circulo *A*. demonstratum autem est, ne maiorem quidem eam esse; ergo superficies sphaerae aequalis est circulo *A*, h. e. quadruplo maior circulo maximo.

XXXIV.

Quaevis sphaera quadruplo maior est cono basim habenti circulo maximo sphaerae aequalem, altitudinem autem radium sphaerae.[4])

sit enim sphaera et in ea circulus maximus *ΑΒΓΔ*. si igitur sphaera cono, quem significauimus, quadruplo maior non est, sit, si fieri potest, maior quam quadruplo maior; et conus *Ξ* basim habeat quadruplo maiorem circulo *ΑΒΓΔ*, altitudinem autem radio sphaerae aequalem; itaque sphaera maior est cono *Ξ*. erunt igitur duae magnitudines inaequales, sphaera et conus; fieri igitur potest, ut sumantur duae rectae inaequales ita, ut maior ad minorem rationem

1) Cfr. p. 121 not 4.

2) U. p. 123 not. 1. sed uerba praecedentia lin. 2 hic quoque subditiua sunt; nihil enim continent nisi neglegentem et imperfectam significationem uerborum, quae p. 123 not. 1 damnaui.

3) Uerba lin. 5 e C recepta Archimedis esse nequeunt; ita enim deesset conclusio: itaque superficies figurarum minorem rationem habent quam *A* ad superficiem sphaerae, et discrepantia a p. 122, 5 sq. offensionem haberet. interpolatoris esse possunt.

4) Cfr. Pappus I p. 360.

λων ὑπερέχειν τὴν *Κ* τῆς *Ι* καὶ τὴν *Ι* τῆς *Θ* καὶ τὴν *Θ* τῆς *Η*, νοείσθω δὲ καὶ εἰς τὸν *ΑΒΓΔ* κύκλον ἐγγεγραμμένον πολύγωνον, οὗ τὸ πλῆθος τῶν πλευρῶν μετρείσθω ὑπὸ τετράδος, καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον ὅμοιον τῷ ἐγγεγραμμένῳ, καθάπερ ἐπὶ τῶν πρότερον, ἡ δὲ τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐλάσσονα λόγον ἐχέτω τοῦ, ὃν ἔχει ἡ *Κ* πρὸς *Ι*, καὶ ἔστωσαν αἱ *ΑΓ*, *ΒΔ* διάμετροι πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις. εἰ οὖν μενούσης τῆς *ΑΓ* διαμέτρου περιενεχθείη τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ τὰ πολύγωνα, ἔσται σχήματα τὸ μὲν ἐγγεγραμμένον ἐν τῇ σφαίρᾳ, τὸ δὲ περιγεγραμμένον, καὶ ἕξει τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον τριπλασίονα λόγον ἤπερ ἡ πλευρὰ τοῦ περιγεγραμμένου πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου εἰς τὸν *ΑΒΓΔ* κύκλον. ἡ δὲ πλευρὰ πρὸς τὴν πλευρὰν ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ *Κ* πρὸς τὴν *Ι*· ὥστε τὸ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἢ τριπλασίονα τοῦ *Κ* πρὸς *Ι*. ἔχει δὲ καὶ ἡ *Κ* πρὸς *Η* μείζονα λόγον ἢ τριπλάσιον τοῦ, ὃν ἔχει ἡ *Κ* πρὸς *Ι* [τοῦτο γὰρ φανερὸν διὰ λημμάτων]· πολλῷ ἄρα τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχει τοῦ, ὃν ἔχει ἡ *Κ* πρὸς *Η*. ἡ δὲ *Κ* πρὸς *Η* ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ σφαῖρα πρὸς τὸν *Ξ* κῶνον· καὶ ἐναλλάξ· ὅπερ ἀδύνατον· τὸ γὰρ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον μεῖζόν ἐστι τῆς σφαίρας, τὸ δὲ ἐγγεγραμμένον ἔλασσον τοῦ *Ξ* κώνου [διότι ὁ μὲν *Ξ* κῶνος τετραπλάσιός ἐστι τοῦ κώνου τοῦ βάσιν μὲν ἔχοντος ἴσην τῷ *ΑΒΓΔ* κύκλῳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ

1 *Θ*] BC, e corr. G, *H* A. 8 *ΑΓ*, *ΒΔ*] B, *ΑΒ* *ΓΔ* AC. 9 *διάμετροι*] in *διά-* des. C. 11 *σχήματα*] scripsi, *το σχημα* AB. Litteras in circulo positas et polygona om. A.

habeat minorem quam sphaera ad conum Ξ [prop. 2]. sint igitur rectae K, H, et rectae I, Θ ita sumantur, ut aequali spatio excedat K rectam I, I rectam Θ, Θ rectam H, fingatur autem etiam in circulo $AB\Gamma\Delta$ polygonum inscriptum, cuius laterum numerus per quattuor diuidi possit, et aliud circumscriptum inscripto simile, sicut antea, latusque polygoni circumscripti ad latus inscripti minorem rationem habeat quam $K:I$ [prop. 3], et $A\Gamma$, $B\Delta$ diametri sint inter se perpendiculares. si igitur manente diametro $A\Gamma$ circumuoluitur[1]) planum, in quo sunt polygona, orientur figurae, altera in sphaera inscripta, altera circumscripta, et figura circumscripta ad inscriptam triplicem rationem habebit quam latus polygoni circumscripti ad latus polygoni in circulo $AB\Gamma\Delta$ inscripti [prop. 32]. sed latera minorem habent rationem



quam $K:I$ [ex hypothesi]; quare figura circumscripta ⟨ad inscriptam⟩[2]) minorem rationem habet quam $K^3:I^3$. uerum etiam $K:H > K^3:I^3$ [u. Eutocius]; itaque figura circumscripta ad inscriptam multo minorem rationem habet quam $K:H$. sed K ad H minorem rationem habet quam sphaera ad conum Ξ [ex hypothesi]; ⟨quare figura circumscripta ad inscriptam minorem rationem habet quam sphaera

1) Optatiuus *περιενεχθείη* lin. 10 posterioris temporis scriptoribus aptior fortasse transscriptori debetur, cum Archimedes scripsisset: *εἴ κα—περιενεχθῇ*.
2) U. p. 121 not. 4.

τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας, τὸ δὲ ἐγγεγραμμένον σχῆμα ἔλασσον τοῦ εἰρημένου κώνου ἢ τετραπλάσιον]. οὐκ ἄρα μείζων ἢ τετραπλασία ἡ σφαῖρα τοῦ εἰρημένου.

ἔστω, εἰ δυνατόν, ἐλάσσων ἢ τετραπλασία· ὥστε ἐλάσσων ἐστὶν ἡ σφαῖρα τοῦ Ξ κώνου. εἰλήφθωσαν δὴ αἱ K, H εὐθεῖαι, ὥστε τὴν K μείζονα εἶναι τῆς H καὶ ἐλάσσονα λόγον ἔχειν πρὸς αὐτὴν τοῦ, ὃν ἔχει ὁ Ξ κῶνος πρὸς τὴν σφαῖραν, καὶ αἱ Θ, I ἐκκείσθωσαν, καθὼς πρότερον, καὶ εἰς τὸν $AB\Gamma\Delta$ κύκλον νοείσθω πολύγωνον ἐγγεγραμμένον καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον, ὥστε τὴν πλευρὰν τοῦ περιγεγραμμένου πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἤπερ ἡ K πρὸς I, καὶ τὰ ἄλλα κατεσκευασμένα τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς πρότερον· ἕξει ἄρα καὶ τὸ περιγεγραμμένον στερεὸν σχῆμα πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον τριπλασίονα λόγον ἤπερ ἡ πλευρὰ τοῦ περιγεγραμμένου περὶ τὸν $AB\Gamma\Delta$ κύκλον πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου. ἡ δὲ πλευρὰ πρὸς τὴν πλευρὰν ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ K πρὸς I· ἕξει οὖν τὸ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἢ τριπλάσιον τοῦ, ὃν ἔχει ἡ K πρὸς τὴν I. ἡ δὲ K πρὸς τὴν H μείζονα λόγον ἔχει ἢ τριπλάσιον τοῦ, ὃν ἔχει ἡ K πρὸς τὴν I· ὥστε ἐλάσσονα λόγον ἔχει τὸ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἢ ἡ K πρὸς τὴν H. ἡ δὲ K πρὸς τὴν H ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἢ ὁ Ξ κῶνος πρὸς τὴν σφαῖραν· ὅπερ ἀδύνατον· τὸ μὲν γὰρ ἐγγεγραμμένον ἔλασσόν ἐστι τῆς σφαίρας, τὸ δὲ περιγεγραμμένον μεῖζον τοῦ Ξ κώνου. οὐκ ἄρα οὐδὲ ἐλάσσων ἐστὶν ἢ τετραπλασία ἡ σφαῖρα τοῦ κώνου τοῦ

4 ἔστω] AB; fort. ἔστω δή. εἰ] BGH, η A. 8 Θ, I] A, *it* B. 21 I—τήν] mg. G, *i* (corr. ex *h*) que autem *k* ad B, om. A. 24 K] B, HK A.

ad conum Ξ⟩; et permutando [Eucl. V, 16] ⟨figura circumscripta ad sphaeram minorem habet rationem quam figura inscripta ad conum⟩;[1]) quod fieri non potest; nam figura circumscripta maior est sphaera [prop. 28 p. 108], sed inscripta minor cono Ξ [prop. 27]. itaque sphaera maior non est quam quadruplo maior ⟨cono⟩, quem commemorauimus.

⟨iam⟩, si fieri potest, minor sit quam quadruplo maior; sphaera igitur minor est cono Ξ. sumantur igitur rectae K, H ita, ut K maior sit recta H et minorem ad eam rationem habeat quam conus Ξ ad sphaeram [prop. 2], et ponantur rectae Θ, I, ut supra [p. 124, 28 sq.], fingatur autem polygonum in circulo $AB\Gamma\Delta$ inscriptum et aliud circumscriptum ita, ut latus polygoni circumscripti ad latus inscripti minorem rationem habeat quam $K : I$, et cetera eodem modo, quo antea, comparata; figura igitur solida circumscripta nunc quoque ad inscriptam rationem habebit triplicem quam latus figurae circum $AB\Gamma\Delta$ circumscriptae ad latus inscriptae [prop. 32]. sed latera minorem rationem habent quam $K : I$ [ex hypothesi]; figura igitur circumscripta ad inscriptam minorem rationem habebit quam $K^3 : I^3$. sed $K : H > K^3 : I^3$ [u. Eutocius]; quare figura circumscripta ad inscriptam minorem rationem habet quam $K : H$. sed K ad H minorem rationem habet quam conus Ξ ad sphaeram [ex hypothesi]; ⟨itaque figura circumscripta ad inscriptam minorem rationem habet quam conus Ξ ad sphaeram⟩;[2]) quod fieri non potest; nam figura inscripta minor est sphaera [prop. 28 p. 108], sed figura circumscripta maior cono Ξ [prop. 31 coroll. p. 114]. itaque sphaera ne

1) Nimia breuitas fortasse transscriptori debetur. P. 126, 24 add. B² mg.: quare circumscripta ad inscriptam habet proportionem minorem quam quidem sphera ad conum *x*.

2) Cfr. not. 1. quare figura circumscripta ad inscriptam habet proportionem minorem quam conus *x* ad spheram mg. B².

βάσιν μὲν ἔχοντος ἴσην τῷ $AB\Gamma\Delta$ κύκλῳ, ὕψος δὲ τὴν ἴσην τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας. ἐδείχθη δέ, ὅτι οὐδὲ μείζων· τετραπλασία ἄρα.

[ΠΟΡΙΣΜΑ.]

Προδεδειγμένων δὲ τούτων φανερόν, ὅτι πᾶς κύλινδρος βάσιν μὲν ἔχων τὸν μέγιστον κύκλον τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ διαμέτρῳ τῆς σφαίρας, ἡμιόλιός ἐστι τῆς σφαίρας καὶ ἡ ἐπιφάνεια αὐτοῦ μετὰ τῶν βάσεων ἡμιολία τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας.

ὁ μὲν γὰρ κύλινδρος ὁ προειρημένος ἑξαπλάσιός ἐστι τοῦ κώνου τοῦ βάσιν μὲν ἔχοντος τὴν αὐτήν, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου, ἡ δὲ σφαῖρα δέδεικται τοῦ αὐτοῦ κώνου τετραπλασία οὖσα· δῆλον οὖν, ὅτι ὁ κύλινδρος ἡμιόλιός ἐστι τῆς σφαίρας. πάλιν, ἐπεὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου χωρὶς τῶν βάσεων ἴση δέδεικται κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου μέση ἀνάλογόν ἐστι τῆς τοῦ κυλίνδρου πλευρᾶς καὶ τῆς διαμέτρου τῆς βάσεως, τοῦ δὲ εἰρημένου κυλίνδρου τοῦ περὶ τὴν σφαῖραν ἡ πλευρὰ ἴση ἐστὶ τῇ διαμέτρῳ τῆς βάσεως [δῆλον, ὅτι ἡ μέση αὐτῶν ἀνάλογον ἴση γίνεται τῇ διαμέτρῳ τῆς βάσεως], ὁ δὲ κύκλος ὁ τὴν ἐκ τοῦ κέντρου ἔχων ἴσην τῇ διαμέτρῳ τῆς βάσεως τετραπλάσιός ἐστι τῆς βάσεως, τουτέστι τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ἔσται ἄρα καὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου χωρὶς τῶν βάσεων τετραπλασία τοῦ μεγίστου κύκλου· ὅλη ἄρα μετὰ τῶν βάσεων ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου ἑξαπλασία ἔσται τοῦ μεγίστου

4 πόρισμα] om. AB. 20 γίνεται] *Basil.*, γαρ AB. 23 τουτέστι] *Torellius*, της A, om. B.

minor quidem est quam quadruplo maior cono basim habenti aequalem circulo $AB\Gamma\Delta$, altitudinem autem aequalem radio sphaerae. demonstratum autem est, ne maiorem quidem eam esse; ergo quadrupla est.

[COROLLARIUM.][1]

His autem ante demonstratis adparet, quemuis cylindrum basim habentem circulum maximum sphaerae, altitudinem autem diametro sphaerae aequalem, sesquialterum esse sphaerae, et superficiem eius sesquialteram superficiei sphaerae.

nam cylindrus, quem significauimus, sexcuplo maior est cono eandem basim habenti, altitudinem autem aequalem radio,[2] et demonstratum est, sphaeram quadruplo maiorem esse eodem cono [prop. 34]; adparet igitur, cylindrum sphaerae sesquialterum esse. rursus, quoniam demonstratum est, superficiem cylindri praeter bases aequalem esse circulo, cuius radius media sit proportionalis inter latus cylindri et diametrum basis [prop. 13], cylindri autem, quem commemorauimus, sphaeram comprehendentis latus aequale est diametro basis,[3] circulus autem radium habens diametro basis aequalem quadruplo maior est basi [Eucl. XII, 2], h. e. circulo maximo sphaerae, erit etiam superficies cylindri praeter bases quadruplo maior circulo maximo;[4] tota igitur superficies cylindri una cum basibus sexcuplo maior erit

1) Citatur ab Herone, Metr. p. 4, 1; 120, 28, Stereom. I, 1 (cfr. I, 8, 2), Proclo in Eucl. p. 71, 18; cfr. Simplicius in Arist. de caelo p. 549, 21 sqq. coll. p. 550, 10. alio modo demonstrat Pappus I p. 408.

2) Cylindrus enim triplo maior est cono, cuius basis est circulus maximus, altitudo autem diametrus sphaerae (Eucl. XII, 10); sed hic conus duplo maior est cono, cuius basis eadem est, altitudo autem radius (lemm. 1 p. 72).

3) Praue dicitur, inde, quod superficies cylindri aequalis sit circulo illi (ἐπεί lin. 15), colligi posse, mediam proportionalem diametro aequalem esse. itaque uerba δῆλον lin. 20 —βάσεως lin. 21 transscriptori tribuo.

4) Hoc citat Hero, Metr. p. 88, 10 sqq.

κύκλου. ἔστιν δὲ καὶ ἡ τῆς σφαίρας ἐπιφάνεια τετραπλασία τοῦ μεγίστου κύκλου. ὅλη ἄρα ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου ἡμιολία ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας.

λε'.

Ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος εἰς τὸ τμῆμα τῆς σφαίρας ἴση ἐστὶ κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε μιᾶς πλευρᾶς τοῦ ἐγγεγραμμένου πολυγώνου ἐν τῷ τμήματι τοῦ μεγίστου κύκλου καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς παραλλήλοις τῇ βάσει τοῦ τμήματος σὺν τῇ ἡμισείᾳ τῆς τοῦ τμήματος βάσεως.

ἔστω σφαῖρα καὶ ἐν αὐτῇ τμῆμα, οὗ βάσις ὁ περὶ τὴν AH κύκλος [ἐγγεγράφθω σχῆμα εἰς αὐτό, οἷον εἴρηται, περιεχόμενον ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν], καὶ μέγιστος κύκλος ὁ $AH\Theta$ καὶ ἀρτιόπλευρον πολύγωνον τὸ $A\Gamma E\Theta Z\Delta H$ χωρὶς τῆς AH πλευρᾶς, καὶ εἰλήφθω κύκλος ὁ Λ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε τῆς $A\Gamma$ πλευρᾶς καὶ ὑπὸ πασῶν τῶν EZ, $\Gamma\Delta$ καὶ ἔτι τῆς ἡμισείας τῆς βάσεως, τουτέστι τῆς AK· δεικτέον, ὅτι ὁ κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ τοῦ σχήματος ἐπιφανείᾳ.

εἰλήφθω γὰρ κύκλος ὁ M, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δύναται τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς $E\Theta$ πλευρᾶς καὶ τῆς ἡμισείας τῆς EZ· γίνεται δὴ ὁ M κύκλος ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου, οὗ βάσις μὲν ὁ περὶ τὴν EZ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Θ σημεῖον. εἰλήφθω δὲ καὶ ἄλλος ὁ N, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε τῆς $E\Gamma$ καὶ τῆς ἡμισείας συν-

4 λε'] λγ' AB. 7 τῷ] EH, το A. 17 τῷ] EH, το A.

circulo maximo. est autem etiam superficies sphaerae quadruplo maior circulo maximo [prop. 33]; ergo tota superficies cylindri sesquialtera est superficiei sphaerae.

XXXV.

Superficies figurae in segmento[1]) sphaerae inscriptae aequalis est circulo, cuius radius quadratus aequalis est rectangulo, quod continetur uno latere polygoni in segmento circuli maximi inscripti rectaque aequali omnibus rectis basi segmenti parallelis una cum dimidia basi segmenti.

sit sphaera et in ea segmentum, cuius basis circulus circum AH descriptus,[2]) et circulus maximus $AH\Theta$ et $A\Gamma E\Theta Z\Delta H$ polygonum ⟨aequilaterum⟩,[3]) cuius latera



paria sint numero praeter latus AH, et sumatur circulus Λ, cuius radius quadratus aequalis sit rectangulo

$$A\Gamma \times (EZ + \Gamma\Delta + AK);$$

demonstrandum, circulum aequalem esse superficiei figurae.

1) Cum segmentum hic primum nominetur, scriptum esse debuit lin. 5—6 εἰς τμῆμα σφαίρας; sed cfr. p. 136, 10; 138, 9. cfr. p. 137 not. 1.

2) In uerbis uncis inclusis lin. 13—14 offendit et asyndeton (et ins. B) et locus; haec enim figura oritur ex polygono lin. 15 demum nominato. quare ea interpolatori tribuo; cfr. p. 136, 17 sqq. quae sit figura illa inscripta (lin. 5), e prop. 23 satis notum est; sed prop. 35 post prop. 36 collocanda fuit.

3) Hoc ab Archimede praetermissum non fuit (Quaest. Arch. p. 76); ἰσόπλευρόν τε καὶ ἀρτιόπλευρον Nizzius.